

gratuito populus acciperet. Per hoc igitur ab eo deminuta vectigalia criminatur.

§ 56. Brogitarum.

De hoc iam locutus sum.

Reducti exules Byzantium.

Hos etiam lege sua revocaverat Clodius, quamvis fuissent iure damnati. . . . igitur . . . ingessit invidiam restitutos tunc eos, qui damnati legitime fuerant, cum ipse indemnatu Cicero in exilium fuisset eiectus.

§ 57. Ptolemaeus, qui si nondum erat a senatu socius appellatus, erat tamen frater eius.

. . . hunc etiam Ptolemaeum regem Cypri amicum quodammodo a senatu appellatum fuisse, quandoquidem frater eius, qui in Aegypto regnabat, consecutus iam societatis et amicitiae honorem videretur. Ferente autem rogationem Clodio publicatum fuerat eius regnum, quod diceretur ab eo piratas adiuvari.

Ut sedens cum purpura et sceptro.

Δεινότερον facere voluit exprimens maiestatem regiam per ipsa habitus liniamenta, quae venerationi esse debuerint.

§ 58. Antiochum Magnum.

Hic victus a L. Scipione angustiores etiam regni habere terminos iussus est.

§ 59. Cum videant per tribunum aliquem et sescentas operas.

5

10

15

20

25